



Universitätsbibliothek Paderborn

Libellus de modo co[n]fitendi et penitendi

[Deventer], [ca. 1498 - 1499]

id est p[e]niam agas p[er]f[i]c[er]e veraciter peccatore[m] Peuiteas plene
si uere peniteatte .i. no[n] co[n]fitere .i. nunciu[m] p[ro] no[n] [et] .i.
l[itte]ras co[n]fitere in p[ro]pria p[er]sona ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-31245

in libens verecunda. Integra secreta. lachrymabilis accelerata. Fortis et
accusans et sit parere parata

id est penitentiam agas perfecte veraciter peccatorem
Peniteas plene si vere peniteat te

id est non confiteri nisi nuncium penitentiam et. id est. lras confiteri in propria persona
Non per legatum nec per breue. sed refer ipse

sacerdoti condolenti magis intelligenti enarra id est. melius viuenti
Compatienti plus sapienti dic meliori

diuersis sacerdotibus utile est scire tibi in peccata tua
Presbyteris multis prodest si confitearis

penitentia sacerdotis absit manifesta solio tuo
Copia presbyteri si desit pande sodali

tui prout id est. vulnera tue taliter peccata manifestes
Corpis ut maculas anime sic crimina pandas

In ista parte ostendit quibus medijs debeat fieri confessio. dicens quod tu peccator
debes plenarie penitere de omnibus peccatis. et non debes reuelare peccata per aliquem
nuncium vel per lras. sed proprio ore debes confiteri. tunc ibi compatienti dicit quod
confessio debet fieri sacerdoti compatienti et intelligenti ac bene viuenti. et dicit
ultra quod expedit pro salute anime multis presbyteris confiteri. et si deficiat sacerdos
nec possit acquiri aliquis. tunc confessio potest fieri socio. Etiam tu debes ma
nifestare crimina cordis. sicut vulnera cordis

Circa textum dubitat

Primo utrum confessio valeat per nuncium vel per lram. Secundo quare homo debet con
fiteri sacerdoti. Tercio quare debet fieri sacerdoti compatienti. Quarto utrum
trium quis potest confiteri alteri sacerdoti quam suo proprio curato. Quinto utrum aliquis
potest confiteri laico. Sexto quomodo intelligenda sit lra corporis ut maculas

Ad primum dubium respondet secundum Thomam per hec verba. quod confessio facta per nuncium
vel per lram licet sit quoddam bonum opus et meritorium tamen in quantum est sacra
mentum non debet sic fieri. quia determinatam habet materiam scilicet actum sermonis
quo conscientia hominis manifestari consuevit

Ad secundum respondetur quod ideo confessio debet fieri sacerdoti. quia sacer
dotes possunt peccatorem absolueri a peccatis. ex quo eis commissis sunt
claves ecclesie

Ad tertium respondet quod peccator debet confiteri compatienti. quia compassio sacer
dotis inducit peccatorem ad deuotionem. et facit ne peccator terreat. ut sic propter ter
rorem omittat scienter aliquod peccatum mortale. Et debet confiteri sapienti intelligē
ti peccata et grauitates peccatorum. quia medicus nescius non potest bene dare remedium e
groto. Etiam debet confiteri sacerdoti bono et bene viuenti. quia mali et iniusti con
fessores sunt ceci et ductores cecorum. et sic ex utraque parte in foueam eterne dam
nationis cadunt ut solet etiam dici in his metris. Si cecus cecum conatur du
cere cecum. In foueam ductor primus cadit inde secutor.